



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

30. An furans cingulum, vel aliam vestem Clerico dormienti incidat in censuram? Et quid, si vestes è domo Clerici auferat latro, aut pecuniam ex crumena ab eo gestata, arripuerit subdole, & sine vi? ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

7. Confirmatur insuper ex opinione Vasquez, quam sequitur Sanchez lib. 1. Summa. cap. 16. in fine, loquens in casu excommunicationis contra homicidas: [Si quis, ait ipse, excessit in bibendo cum praevisione ebrietatis, & homicidii, quod solet ab ipso committi tempore ebrietatis, & si ante sequutam ebrietatem talis pœneret dicti excessus, & confiteretur, & absolveretur; tamen si sequatur ebrietas, & homicidium, incurreret in hanc excommunicationem: quia, inquit, ad has penas incurrendas sufficit dedisse causam liberam, & sequutum fuisse effectum.] Vide etiam Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 17. difficult. 12. n. 12. ubi sic ait: [Haec de advertit, que quando el que mandò herir al Clerigo, revocò el mandato, antes que se executasse, si la revocacion no puedo llegar à noticia de la persona à quien lo mandò, en tal caso en poniendose en efeto, tambien queda el que lo mandò descomulgado como tienen Angelo, y Toledo contra una glosa, y se colige de lo que diximos arriba, que assi como el que dispara un arcabuz, y antes que llegue la bala al hombre, le pesa, muda de voluntad, no por ello dexa de estar descomulgado: ansi aqui, aunque si se fucediesse, que quando se executasse el mandato, fuesse ya muerto el que le maodò, no incurriria la descomunion: porque despues de muerto ya no es capaz della.] Sic ille quibus addit Squil. de priv. Cler. cap. 6. n. 9. qui citat Lessium, Bonacinam, & Layman.

8. Sed hanc opinionem aliqui non approbant: asserunt enim, censuram (quidquid sit de irregularitate, quam fatemur contrahi hoc casu) non incurrere ab hoc tali in foro conscientie. Primum, quia certum est, quod excommunicatio non potest contrahi absque peccato, vel contumacia: sed stante hac penitentia tempore, quo mors sequitur, non adest novum peccatum, neque nova contumacia præter illud peccatum vulneris, quod fuit causa mortis: ergo. Minor patet, quod non adest novum peccatum, neque contumacia: quia peccatum non est nisi voluntarium: at quando sequitur mors post vulnus vel ebrietatem, illa est involuntaria: ergo. De vulnerante lethaliter patet: quia jam penituit, & confessus fuit. De ebrio est certissimum: qui enim caret usu rationis, non potest velle. Faver huic opinioni alia opinio, quam vocat satis probabilem Bonacina disp. 1. de cens. in genere, q. 1. punct. 6. n. 6. & ante eum Avila de censur. part. 2. c. 5. disp. 3. dub. 7. concl. 2. in fine, quod, scilicet, mandans homicidium, ubi est lata excommunicatio contra homicidas, non incurrat excommunicationem, ipso sequuto, si antequam sequeretur dictum homicidium, pœneret, & veller, si posset, revocare mandatum, & fecit omne posse suum, vt talis revocatio deveniret ad mandatarium. Sequitur Duardus lib. 2. in Bullam Cens. can. 9. q. 5. in fine, & can. 11. q. 13. ea ratione præcipua: quia ad incurrendam censuram, vt supra, requiritur peccatum, vel contumacia: sed hic non adest peccatum, neque contumacia: ergo.

9. Ad rationes pro parte affirmativa allatas respondet Leone de censur. recoll. 3. n. 143. sic enim ait: [Aut loquimur de irregularitate, vel de censuris: si de irregularitate, concedimus: si verò de censuris, & tunc iterum distinguendum esse censo: aut loquimur, quoad forum externum, vel quoad forum internum: primo casu sufficit causa libera data, & effectus: cum enim jam constet iudici, fuisse ex vulnere sequutam mortem, potest citare eum ad dicendam causam, quare non debet declarari excommunicatus, qui si compareat, & afferat causam, ob quam non sit excommunicatus, scilicet, quia ante confessus, & sit paratus satisfacere, tunc non debet amplius molestari, si pars est satisfacta, vel saltem debet absolvi ad cautelam: idemque si est Sacerdos ob scandalum, quod inde evenire potest his pusillis, qui nesciunt has

subtilitates, admonerem, vt non celebret publice. Secundo casu, scilicet, pro foro interno, non sufficit causa data, & effectus sequutus; sed requiritur peccatum vel perseverantia in peccato, sive contumacia, cum omnis censura, vt censura, sit pena medicinalis, vel peccati, vel contumacia.] Vnde ex superioribus dictis Pater Leone loco citato, recoll. 3. num. 113. individualiter docet, mandantem, & consulentem percuti Clericum, excommunicationis nexu non vinciri, si ante percussione conteratur.

10. Nec obstat, quod in tali casu mandatarius, & consultus incurrant; non autem mandans, & consulens: quia etiam quando quis tantum mandat injuriam verbalem, si ipse mandatarius excedat percutiendo, non incurrit mandans, sed mandatarius: Squillante cap. 6. de privilegiis Clericorum, n. 64. sicut è contrario, si mandans sciatur percutiendum esse Clericum, quod ignorat mandatarius, ipse mandans incurrat, non autem mandatarius. Et post hæc scripta, sententiam negativam invenio docere etiam Bannium in Theol. mor. tom. 2. disp. 5. tr. 4. q. 1. ubi sic ait: [Ego, aut consiliarius quilibet alius esse, ac dici causæ effectus non possumus, nisi ad eum moveatur executor vi dati ac recepti consilii; at ejus retractatione seria impeditur hic motus: videt enim confessione consiliarii ingenua se lapsum, & ejus autem rationes non fuisse ejusmodi, quibus adhibenda fides esset: quare si agit, inductione ipse sua, motuque agit, ipsique soli, non consiliario, affigenda est effectus sequuti culpa. Idem dicendum de mandante: nam, vt quis peccasse dici queat mandando, ac excommunicationem incurrisse per actum mandatarii, debet hic ejus nomine, causaque, vim Clerici facere: at facit mandati revocatio vera, & seria, vt jam mandantis gratia opus non fiat, sed operantis solius: ergo isti soli, non soli illi imputandum: ergo factum homicidium, infligita Clerico verbera, plagæ eidem impostæ, mandanti censuram non inferent; sed exequenti soli, qui improbitate potius sua, quàm alienis est rationibus impulsus ad injuriam, quam si solus luat sine mandantis, aut consulentis consortio, quis arguat?] Ita ille, qui etiam tenet, quod excommunicationem non incurrat, qui postquam mandavit, moritur; antequam percussus Clericus; nam, si post mortem aliquam incurreret excommunicationem, posset fieri, vt quo tempore quis est beatus, idem quoque excommunicatus foret, quod est contra rationem. Quid ego sentiam, dicam breviter. Primam opinionem affirmativam puto probabiliorē esse, & illam teneo; negativam tamen tanquam probabilem admitto.

RESOL. XXX.

An furans cingulum, vel aliam vestem Clerico dormienti incidat in censuram?

Et quid, si vestes è domo Clerici auferat latro, aut pecuniam ex crumena ab eo gestata arripuerit subdole, & sine vi? Ex p. 9. tr. 4. Ref. 37.

§. 1. Affirmativè respondet noster Naldus in Sum. verb. Clericus, n. 21. ubi sic ait: [Clerico è manu rem propriam, quæ ipsi fuerat commodata, eripiens ante tempus; incurrat excommunicationem: & idem de suffragante ei cingulum dormienti, sive vestes auferente cum ejusdem speciali dedecore, & injuria, puta, quia coactus est domi se continere, aut nudus exire. Et quamvis Ancharanus in Clem. 1. de penis, n. 4. teneat contrarium quoad secundum dictum superioris, nempe, de suffragante cingulum dormienti; ed quia non sit violentia illa, quæ non sentitur: tamen non est discedendum à prædicta prima opinione, quam & D. Antoninus, & alij sequuntur: quamvis enim

Sup. hæc injuria verbalis sup. in Ref. 16. §. 2. prope hæc, veris. Secus.

Sup. hoc sup. in fin. §. 1. C. 6. affirmatur in super. hujus Ref. & sup. in tr. 1. Ref. 74. in fin. veris. Si vero.

Sup. hoc sup. in Ref. 1. cursum ante medium §. 2. veris. Nec sufficit.

enim particularis illa persona non sentiat injuriam: sufficit tamen injuriam fieri per illum actum uniuerso Ordini clericali, in cuius favorem lata est à iurisperita excommunicationis. Et sic videmus, quod percutiens Clericum, etiam volentem, non evadit prædictam poenam latam in cap. *Contingit interdum de sent. excomm.* cui sanè favori renuntiari non potest per aliquem privatum. Ita ille.

2. Sed proflus sententiam negativam sustinendam esse puto, & ideo dicendum est, quod si nulla violentia facta vestes ex domo Clerici auferat latro; aut cingulum, quo actualiter cinctus est, furtivè abstulit, aut pecuniam ex crumena ab eo gestata arripuerit subdole, & sine vi; quia non est hoc propriè violentia, sed actio furtiva, ideo fur non est excommunicatus. Ita Caiet. *verb. Excomm.* cap. 6. *verf. Nota secundo Summa Aftenfis part. 2 lib. 7. tit. 3. cap. 2. q. 20. & Angelus verb. Excomm. §. n. 29. Molin. tom. 4. de just. tr. 3. disp. 51. Coninch de censur. 2. disp. 14. dub. 1 §. n. 166. Sayr. lib. 3. cap. 26. n. 16. contra S. Anton. 3. p. tit. 25. c. 1. §. Tertio notandum, ante finem: ubi minus bene opinatur, per has actiones incurrere excommunicationem. Sed ne recedas ab opinione Caiet. & aliorum, quam etiam tenet Suar. de censuris, disp. 22. sect. 1. n. 34 quibus omnibus adde Fragos. de Rep. Cbr. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 1. n. 17. quia ut diximus, supradictæ actiones non sunt actiones violentæ, sed furtivæ. Ergo non includuntur in verbis Canonis, *Si quis suadente.**

RESOL. XXXI.

An si quis capiat Clericum, vel Monachum per capillos, seu barbam, aut caputium dicens, si non esses Clericus, vel Religiosus, te occiderem, vel percuterem, incidat in censuram?

Et notatur Clericum indignatum elevando manum contra alium Clericum reicientem illum aliquantisper de loco, in quo morabatur, non incidisse in censuram. Ex part. 9. tract. 4. Resol. 35.

^{Sup. hoc sup. in res. §. 2. propè finem, à verf. Qui num. 146.}
§. 1. **N**egative respondet Bordonus in *conf. regul. tom. 1. res. 2. §. 8. n. 38.* quia ad incurrendam hanc censuram necesse est, ut in iectio manuum exterius sit consummata in sua specie læsionis, & non tantum cepta: verba enim cum effectu sunt accipienda, cap. *Relatum de Cler. non resid.* unde Panormitan. in c. *Um in cunctis*, §. *Clerici, de elect.* dicit, quod ubi poena imponitur, illa nunquam incurritur, nisi delictum inchoatum sit consummatum: & Archidiaconus in c. *Qui bona* 17. q. 1. col. penult. dicit, quod in poenis spiritualibus, cuiusmodi est hæc, & censuris imponendis, consideratur effectus, & non affectus, & voluntas malè agendi: Tum, quia præfactæ manuum in iectiones perpetratae in laicum, non censentur peccaminosæ mortaliter, cum sint imperfectæ, & non lædentes: ergo neque in his casibus; ac proinde excommunicationis locum non habet in illis. Percussio enim tam subita, & tam levis quæ laico illata non esset mortalis, excusat ab incurfione censuræ, ut docent Armilla. n. 7. Caiet. cap. 10. Navar. c. 27. n. 85. & ex illis relatis Bariola *conf. 22. §. Primo.* Tum quia, ut dicit Megala lib. 4. cap. 1. n. 8. huiusmodi in iectio iudicata levis respectu externi actus, tam secundum læsionem, quam secundum injuriam, quamvis fiat suadente Diabolo, & cum peccato mortali, non ideo inducit hanc poenam: & talis est in casu nostro. Tum, quia, in rigore loquendo, illæ non sunt in iectiones manuum, neque percussiones, cum nulla sequatur læsio: sed solum designationes, & declarationes volendi in iicere manus, quæ sine dubio hanc poenam non inducunt, cum in se nullam speciem læsionis habeant, licet aliquando in iuriose sint; non tamen in genere in iectionis,

quæ consistit in læsione ad distinctionem injurie verbalis, ad quam potius reducuntur illæ, quam ad in iectionem. Tum, quia huiusmodi conditionales, & protestationes relevant protestantem, cum non sint contraria factio, per notata in cap. *Um M. de conf.* Et blasphemans cum protestatione excusatur: quia per talia verba non intendit blasphemare. Lazar. q. 1. de blasphem. n. 31. Floron. cap. 3. §. 1. a. n. 4. & alios citans. Ergo idem dicendum est in nostro casu, cum sic tangendo non percutiatur, sed declaret animum suum esse, quod percuteret, si non esset Religiosus. Ita tenet Angelus *Excomm. §. n. 26. & 29.* Tabiena *Excomm. §. n. 41.* vult incidere, si faciat animo injuriandi: sed id iustitieri non potest; quia non punitur animus, sed factum ipsum, & in his imperfectis actionibus semper ad animum injuriandi: requiritur præterea effectus ipsius animi. Nobiscum aperte sentit Barbosa *verf. cit.* Et hæc omnia docet Pater Bordonus loco citato.

2. Sed mihi magis placet opinio affirmativa; & ideo assero, in casu superiusposito, illum incurfisse in censuram. Et ita tenet Grassius *part. 1. de c. lib. 2. cap. 45. n. 47. & tom. 2. conf. 1. de sent. excomm. n. 8. & 13.* Gilenзонius *conf. 82.* quibus ego addo Episcopum Sperellum in suis *dec. tom. 1. dec. 45. ver. totam.* Leonem de *conf. recollect. §. n. 145. & seq.* Carolum de Grassis de *conf. Cler. effect. 9. n. 132.* Ioan. Friedberg. in *Sum. lib. 3. tit. de sent. excomm. n. 47. litera T.* & Sylvestrum, *verb. Excomm. 6. §. 3.* ubi individualiter asserit, capientem Clericum per capillos, & eique dicentem: Nisi esses Clericus, hæc, & hæc facerem, incurfere in censuram nostri Canonis. Quod probatur: quia ad hunc effectum non requiritur actio physicè non relevans, ut sit peccatum mortale: sed sufficit, eam esse contra immunitatem corporis proprii, seu contra jus, quod unusquisque habet in corpus suum, vel ut sit gravis contra honorem, dummodo corpus attingatur adeo ut quamvis contactus physicè consideratus levissimus sit; si tamen, secundum moralem exiimationem, sufficiat ad gravem in iuriam contra honorem, & reverentiam Clerico debitam, sit satis ad hanc censuram incurrendam. Quæ doctrina profectum plurimos quotidianos casus, tum nostrum potissimum determinat, videturque de mente Molinæ *tom. 4. de just. disp. 57.* Reliquas rationes videbis apud Sperellum, qui respondet ad rationes adductas à Patre Bordonio, præsertim ad illud argumentum, quod talis actio non videtur constituere peccatum mortale: ergo per illam non incurritur excommunicationem: hoc proflus negandum est. Adi illum, Non desinam tamen hic adnotare, Bariolam virum doctum docere in *conf. 22.* Clericum indignatum elevando manum contra alium Clericum, reicientem illum aliquantisper de loco, in quo morabatur, non incidisse in censuram.

RESOL. XXXII.

An si quis porrigeret venenum Clerico, incidat in censuram?

Et quid de Moniali, sumentem venenum, non factum mortuorum. Et notatur propinantem venenum Clerico in censuram non incurfere, antequam venenum operari incipiat. Unde queritur, an si talis isto medio tempore confisteretur, vel eliceret actum contritionis, incidere ne posset, veneno operante, in censuram?

Et in §. 1. hujus Resolutionis cursim multi, & diversi casus explanantur, pro incurfione censuræ in illis qui reducuntur ad percussione injuriosam persona Clerici, &c. Ex p. 9. tr. 4. Resol. 36.

§. 1. **N**egativam sententiam docet Aylla de *crim. part. 2. cap. 5. disp. 3. dub. 12. col. 2.* ubi sic ait: Per violentas